



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfii Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXII. Ingenuitates diuerso modo factae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XXXII. *INCIPIUNT INGENUITATES diuerso modo factæ.*

*INGENVITAS A DIE
præsente.*

Qui debitum sibi nexum relaxat seruitium, mercedem in futurum apud Dominum sibi retribuere confidat. Igitur ego in Dei nomine ille, & coniux mea illa, pro remedio animæ nostræ, vel retributione æternâ, te illum, aut illum, ex familia nostra, à præsentè die, ab omni vinculo seruitutis absolui-
mus. Ita vt deinceps, tanquam si ab ingenuis patribus fuisses procreatus, vitam ducas ingenuam, & nulli heredum ac proheredum nostrorum, vel cuiuscumque seruitium, nec libertinitatis obsequium debeas, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt: peculiari concessio, quod ha-

L

162 MARCVLFI MONACHI
bes, aut deinceps elaborare potue-
ris. Si tibi necessitas, ad tuam ingenui-
tatem tuendam, contigerit, absque
vlllo preiudicio ingenuitatis tuæ, de-
fensionem Ecclesiæ, aut cuiuscum-
que te eligere placuerit, licentiam
habeas, & vitam semper benè & in-
tegrè ducas ingenuam. Si quis ve-
ro, quod futurum esse non credi-
mus, nos ipsi, quod absit, aut aliquis
de heredibus nostris, vel quælibet
opposita persona, contra hanc in-
genuitatem tuam venire, aut eam
infrangere conauerit, aut te in ser-
uitio inclinare voluerit, diuina illu-
sultio subsequatur, & à liminibus Ec-
clesiarum, vel à communionem extra-
neus efficiatur. Et insuper inferat ti-
bi cum cogente fisco auri lib. i. &
quod repetit vindicare non valeat,
sed præsens ingenuitas omni tem-
pore firma permaneat, stipulatione
subnixa.